

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Terenti Varronis de lingua latina libri

Varro, Marcus Terentius

Berolini, 1885

Vorwort (Andreas Spengel)

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5449](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5449)

Patris carissimi dis manibus sacer hic liber in publicum prodit eiusque mentem atque ingenium per totum librum spirare senties; qui si ipse eum edendum curasset, quanto melius hoc negotio esset functus! nunc ego substitutus in locum difficillimum operam dedi, ut si quando in his scriptis recensendis a patris sententia recedendum esse videretur, nihil tamen eorum quae ille coniecerat aut innotescere voluerat omittendum putarem.

Librorum manu scriptorum apparatus criticum ita ut a patre confectus erat in editionem recepi, nisi quod ex codice Florentino eas lectiones supplevi quae post accuratissimam collationem Henrici Keil, eius rei peritissimi, accesserunt Adolphi Groth opera, qui et in emendandis his libris aliquantum profecit et totam codicis Florentini scripturam publicavit. *) Qui viri doctissimi ubicunque inter se dissentiebant, quamquam ad ipsa scriptoris verba constituenda rarissime ea dissensio pertinebat, tamen neutra lectio mihi videbatur celandi esse legentes. Unus erat locus de quo mirum in modum contraria proferebant, quod cum ipse disceptare non potuissem — ego enim ante Grothi collationem eos locos inspexeram de quibus diversa testati erant P. Victorius et

*) De M. Terenti Varronis de l. l. librorum codice Florentino, dissert. philol. Argentorat. tom. IV p. 81—146.

H. Keil aut quos, cum suspicionem aliquam movissent, a patre inspicere iussus eram — eum adii, cuius benignitate et industria plurimum adiuvar in hoc opere conficiendo, Gulielmum Christ, eoque auctore G. Vitelli v. d. ad controversiam dirimendam in bibliotheca Laurentiana codicem denuo consuluit.*) De codicis Gothani scriptura aliquot locis mihi iniectam dubitationem officiose, ut solet, removit C. E. Georges. Coniectanea, quae et idem et ex sede sua Japonensi A. Groth per litteras ad me transmiserunt, suo quaeque loco inserta invenies.

Scripsi Monachii Kal. Nov. a. MDCCCLXXXV.

Andreas Spengel.

*) Locus est VII § 3, ubi atramentum admodum evanuit et cum *Epimenides Cres* certissima sit patris mei et Reifferscheidi correctio, hoc ipsum *cres* in F scriptum esse per errorem testatur Groth. conf. edit. Haec autem Vitelli: 'primum *opos* ut videtur, scriptum erat, postea correctum *opus*.

ovissent, a
mignitate et
do, Galiel-
ad contro-
hem denno
locis mihi
L. Georges.
ni A. Groth
oco inserta

V.
pengel.

mit et cum
li correctio,
roth. conf.
iptum erat.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

LE
Varro
emendat. s
libris par
vera que
menta inc
ut in eleg
emendand
huc oper
legentis r
sive corrup
qua in pro
F
I
G
H
N
V
a
b
c
p
D

Ho Var
referens.
nale descrip
lecti capite

* Haec
a Christo
in tota reli
quorum